

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 3: De periculosis Caput 3.3: De peccatis linguae, de nugis (8)

Idem (Bernardus), *de Praecepto et Dispensatione*:

Stultiloquia et vaniloquia

nunquam nisi contra
mandata Dei usurpantur.
Peccata quippe sunt: et Deus prohibet
omne peccatum; et tamen venialia,
non criminalia reputantur, excepto,
cum per contemptum vertuntur in usum
et consuetudinem; et tunc non peccati
species, sed peccantis intentio pensatur.

In hoc genere sunt
transgressionis nonnulla
stultiloquia seu vaniloquia,
et quaeque otiose dicta, facta et cogitata.
Huiusmodi enim
numquam nisi contra
mandatum, et Dei mandatum, usurpantur.
Peccata quippe sunt, et Deus prohibet
omne peccatum; et tamen venialia,
non criminalia reputantur, excepto
cum per contemptum vertuntur in usum
et consuetudinem, et tunc non peccati
species, sed peccantis intentio pensatur.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber de praecepto et dispensatione*, 26 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., pp.271-2, ll.28, 1-6).